sent. d[omi]no Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad acta huius atti-
net se suis Iurisdictioni ac bonis suis gl[oba]li omnibus totaliter et plenarie incor- 835
porando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recog-
nouit Quia ipsa super Inscriptionem praefatam Cessionanti per suprascriptum
Gnosum Stanislaum Wierzbięta filium suum suprascriptum Gnosi Zaklicz-
na in Inscriptione omnibus facta et recognita de bonis suis Reformationis
et Aduitalitiali aliisque quibusuis iuribus et Inscriptionibus sibi tam per
eundem olim maritum suum quam per praefatum Gnosum Stanislaum Wierzbięta
modo quouis facta et ad Iuramentum praefatum abscessum sese referens consentit
eandem Inscriptionem praesentem in omnibus eius ligamentis approbat acce-
ptat et ratificat Hac praesenti Recognitione sua mediante.

Actum in Castro Præmisliensi Feria Tertia post Dominicam Rogationum proxima Anno Dni Millesimo Sexcmo Quinquagesimo Quarto.

12/v 1654

Bilinska & Szeptycka Szeptyckiego Quietant.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Nobiles Anna Nobilium Andreae Bilinski et Marianna Samuelis Szeptycki
Consortes legitimae Bohoreckie Sorores germanae Nobilis olim Georgii Bohorecki
Filiae et Successrices legitimae et quidem Coniuges cum praedictorum maritorum suorum
assistentia et utroque ad infrascripta recognoscenda consensu Sanae mentibus
et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis qui-

036

burnis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premy-
sliensi Jurisdictioni quoad actum huic attinet se eius Successoribus ac bonis suis quibus
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice
ac per expressum recognoverunt et quilibet Marito seorsim suo pro inter
esse recognovit Quia ipse suo et Nobilis Annae Bohorecka Virginis mi
norennis Sororis suae germanae pro cuius ratihabitione cavent et se obli-
inscribunt nomine Nobilem Nicolaum Szeptycki de [illegible] quod et quan-
tum se Recognitas et praedictam Sororem suam Virginem inter alios Consuc-
cessores suos ex summis binis Prima Quingentorum Quinquaginta
florenorum polonicalium coram Actis Castrensibus Capitaneaalibus Leopoliensibus modo simplicis de-
biti praedicto Nobili olim Bohorecki Parenti Recognitarum Altera Quin-
gentorum florenorum polonicalium itidem modo simplicis debiti coram Actis Terrestribus
Premysliensibus eidem Parenti Recognitarum per memoratum Nobilem Szeptycki
ad solvendum inscriptis in se vero Recognitas et memoratam Sororem suam
inter alios Consuccessores suos iure divino et naturali successione con-
cernit devolutam tum ipsam utrique suprascriptis Inscriptionibus debitoris
latius de summis inscriptis in se extantibus quoad sortem sui Recognoscentium et Sororis suae
Virginis ob realem et totalem pro summis satisfactionem quietant eximunt
liberumque et absolutum perpetuo pronunciant Inscriptiones utrasque quoad in
teresse sui Recognitarum et praefatae Sororis suae in toto et totaliter cassant
mortificant et annihilant sibi et suis posteris atque praefatae Sorori suae Virgi
ni valore summarum perpetuo imponendo silentium. Nihilominus ea-
dem suprascriptae Recognitae Nobiles Joanna Bilinska et Marianna
Szeptycka debebunt et tenebuntur prout se ac suos successores in et super
bonis suis quibuscunque ac summis quibuscunque pecuniariis habitis et habendis supra
scripto Nobili Nicolao Szeptycki et illius successoribus inscribunt et obli-
gant praesentibus praedictam Nobilem Annam Bohorecka Sororem suam ger-
manam Virginem vel in eventum mortis successores illius ad approbandum per ipsam

praesentem

praesentem Inscriptionem quietationem vel similem suo pro interesse faciendam
post quam in matrimonium locata sive Conubium ingressa fuerit cum assistentia
Mariti sui atque Superiorum ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis 037.
habentia deducere et personaliter statuere ab eaque vel eius successoribus et prae
missa debitae executioni efficere Idque sub vadio sortis sui Recognoscens et
praefatae sororis suae Virginis summarum praedictarum utrarumque correspondenter
easdem Recognitrices Nobiles Bilinska et Szeptycka sive ipsarum successores
suprascripto Nobili Nicolao Szeptycki vel ipsius posteris ob non statutionem
praefatae Nobilis Annae Pohorecka sororis suae germanae Virginis pro tempo
re et loco superius expressis ad solvendum succumbent Intra vero tempus
statutionis suprascriptae Nobilis Annae Pohorecka sororis sui Recognitum
germanae Virginis debebunt et tenebuntur memoratae Recognitrices Nobiles
Bilinska et Szeptycka prout se et suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato
Nobili Nicolao Szeptycki et eius successoribus inscribunt et obligant praesentibus
ipsum et eius successores ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus eminentis existentium ex re
persona et occasione praefatae Nobilis Annae Pohorecka sororis suae Virginis
statuendae modo quovis exoriunda in omni iudicio et officio Regni semper
toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et elibe
rare indemnemque eum posteris reddere Idque sub alio seorsivo et speciali
vadio interesse sui Recognitiva et praefatae sororis suae germanae Virginis
correspondenti per easdem Recognitrices Nobiles Bilinska et Szeptycka sive
earum successores memorato Nobili Nicolao Szeptycki aut eius posteris in
casu exorti alicuius impedimenti ultra tempus statutionis memoratae
sororis et non satisfactionis submissioni suae praesenti ad solvendum succum
bendis Pro quibus quidem vadio vel vadys modo praemisso ad solvendum

succubit ac re aliqua penitus ex praemissis non completa complenda lites
030 existentes memoratas Recognitores Illes Joanna Bilinska et Marianna
Szeptycka sive earum posteri ad instantiam praefati Nobilis Nicolai Sze-
ptyckie aut Illorum Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale
Przemysliense Extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat
mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare Juri parere respondere vadium praestare luere Inscriptioni huic satis-
fis facere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seseque ac suos
successores ad eadem omnia obligant Illum primum Terminum perem-
ptorium et alios omnes exinde consequentes causas eiusdem Terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate suc-
cessorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad im-
pedimenta ad Judicem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos officii
praefati Castrensis Przemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo
nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel triplicibus evasionibus suspensioni-
bus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Conventionesque ac aliis
omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo
quovis evadendo Hac praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Szeptycki Filio suo debet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Prze-
mysliensibus Nobilis Nicolaus Szeptycki sanus mente et corpore existens
a Terris Dictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et com-
petentibus recedens Praesenti Castrensi Capitaneali Przemysliensi Jurisdictioni

quoad acta